

**A**nos illi Domine misericordia / et conffiden-  
tia sunt meis attulere donum **XO**  
fessor dei Nycolas mobilis genitif  
nobilior mobilis ab ipso puerili eius/  
peccata domini inuenit divina misericordia  
ad summum rediit sed cum sancto domino **X**  
**G**loria tuum perinde aperiet / et super afflictio-  
nes pia gestans vestra **I**te mittit **V**

**E**cce quod das tibi totas puericias  
sui Nycolay / famelis valida pulsit / ita  
ut alia deficerent nisi metu / Andies  
ant vir dei / nubes omnisq; tintic  
portu applicuisse / illic pueris pse-  
cistit / rogans nantes / et saltum  
in centu modis / p. qd libe rauem /  
pene pueritatis subire miret / Cum  
alexandrie in horrea iactore  
optet nos reddere / **C**umba suis inge-  
fante nre qd dico / et ego vobis p  
mittam in die uite / qd illas mino-  
reum habent / apud regnum ex altis /  
Qui tu feceris et cuncti mesias /  
qd alexandrie acciperent reddidisse et  
missis imperiorum / uictus est / et  
et deus in suo formulo / magnifica-  
tione et tollente / pueris tu eris **210**  
mesias qd indige uicias / vir dei p. tunc /

as h[ab]et s[ecundu]m m[odum] d[omi]ni p[ro]p[ter]a R[ati]onarium euangeli  
a g[ra]m[m]atica minime g[ra]m[m]atica

Q[uo]d g[ra]m[m]atica b[ea]tissime l[et]ecula e[st] g[ra]m[m]atica  
c[on]tra d[omi]n[u]m q[uo]d d[omi]n[u]m t[em]p[or]is c[on]tra  
l[et]ecula s[ecundu]m s[ecundu]m q[uo]d d[omi]n[u]m s[ecundu]m  
as h[ab]et s[ecundu]m s[ecundu]m q[uo]d d[omi]n[u]m s[ecundu]m  
oruni de t[em]p[or]e s[ecundu]m s[ecundu]m q[uo]d d[omi]n[u]m s[ecundu]m

**Rationarium euangeli**  
starum omnia in se euangelia  
prosa, uersu, imaginibusq[ue]  
quā mirifice cōpleteat

1510.

Hexastichon Sebastiani brant in memorabiles  
euangelistarum figuras

Quisquis percupies facile euangelica dicta  
Seruare & memori mente tenere cito  
Picturam hanc cernas, lege carmina, mystica signa  
Imprime, ut ex illis dogmata sacra scias  
Ipse figurarum numerus te ducet ab intro  
Ostendens capitum materiam atq; locum



Iodoci Galli Rubeaques  
Hexastichon

Labilis hic facili natura iuuatur ab arte  
Tollitur & multus sub breuitate labor  
Plura figurarum referunt sacramenta sub unum  
Prospectum, & longo tempore lecta tenent  
Gratus erit labor & liber hic, quibus est onerosum  
Sepe ex lege noua dicere multa simul  
Eiusdem distichon  
Dicta uel acta Iesu capite & quo auctore reposta  
Hec lege certus eris, si meminisse iuuat

Georgij Simler ad lectorem Tetrastichon  
Aspice (per superos) miro simulacra uolatu  
Quam teneat faciem quodlibet arte suam  
Et dices toto non est presentius orbe  
Quod malum potius discere pluris opus

LVB  
In. 96, 246



Georgius Simler lectori fœlicitatem



Vas esse memorias apud C. Heren  
nium M. Cicero de preceptionibus  
Rheticis abunde differuit Vnam  
qua persepe (qui ea prædictus est) su  
apte natura quis doctus euadit, esse  
autem ingenij uim quandam insitam demostrat, & a  
cunis hominibus inolecentem, hancq; ut egregia con  
spiciatur, artem efficere ipsa, quæ naturæ commoda  
cōfirmat atq; auget. Alterā q; artificio cōstare uult  
**ex inductione preceptionisq; ratione ad literas certe**  
retinendas præsentaneū o lector remediū, illis præ  
sertim qui minus ingenij habēt exquisitū inuentum  
Igitur per imagines uarijs insignitas rebus, & quidē  
placitura simulacra (quemadmodum speramus) tibi  
concessimus, quo memoriam huiuscemodi formis  
euibrares, quas cernis uenuste prorsus effigias uti  
meliores posse fieri cēdere nequeas. Rogamus ob id  
eas iacere atq; sordere non sinas. In hoc enim animū  
nostrum attendimus, ut neuticq; displicerēt facies ille  
lineamētis opera atq; labore nostro illustres. Appē  
sis cuiusdam Petri Rosenheim numeris (monasterij  
mellicensis quondam monachi) alphabetica serie per  
capita coherentibus, dimissa neglectaq; litera con  
sulto, cuius spaciū i consona supplet, neg  
bys nouissimis x y z que ad rēnō pertinebant. v ale  
a ij



Prima imago Ioannis

Vna uigena distichocq; Ioannis clauditur euangelium hoc est uiginti capitibus & uno.

Primum de Trinitate & de uerbo incarnato &c.  
II. De nuptijs in Chana Galileæ & nummularijs extra templū pulsis. III. De Nicodemo. IIII. De muliere Samaritana circa fontem & de Regulo. V. De probatica piscina. VI. De quincq; panib; & de eucharistia.

Quæ singula subiectis reminiscimur uersibus

Alta docens aquila uerbum caro sit, ueniuntq;

Vox testis, alij tres quoq; Nathanael  
Bis tria uasa replent noua uina, fugat quoq; fune

Vendentes templum soluite signat eis  
Cælica dogmata dat Nicodemo tingit uterq;

Præfert Baptista prædicat atq; Iesum  
Dum lassus fonte residet se Samaritang

Pandit, curatur Regule filius hic

Extra piscinam iussit tibi languide surge

Nil sine patre facit, credite uel Moysi

Fœna iacent ubi millia quincq; cibat fieri vult

Rex mare calcat, amen est caro uita cibus

Prima uiden Aquilæ facies, sed imago Ioannis

Hec docet immensi quæ genitura dei



VII. De scenophegia seu festo tabernaculorum.  
VIII. De muliere deprehensa in adulterio. IX. De cæco a nativitate. X. De pastore bono per totum. XI. De resuscitatione Lazari. XII. De muliere Magdalena ad pedes Iesu accedente.

Grandis murmur erat scenophegie, bonus, est, non  
Doctrinans clamat schisma fit exit ab hijs  
Hic moecham saluat, lux, testis principiumqz  
Dæmonio nati quem lapidare uolunt  
Illinit sputo Iesus tangens, maledicunt  
Cæco iudici se manifestat ei  
Iudicis loquitur ego sum pastor bonus, unum  
Cum patre blasphemū ceu lapidare uolunt  
Lazarus hic surgit meritisqz fideqz sororum  
Consilio Cayphas uaticinando preest  
Martha ministrat, coenat Lazarus, & soror ungit  
Hinc asinus, granum, luxqz sequuntur ibi

Secunda figura Ioannis



XIII. De pedū lotione. XIV. Non turbet cor uestrū  
& alia multa consolatoria. XV. Ego sum uitis uera  
& uos palmites. XVI. Hęc locutus sum uobis ut nō  
scandalizemini absq; synagogis facient uos. XVII.  
Orat Iesus patrem pro clarificatione. XVIII. Egres-  
sus Iesus trans torrentem Cedron. XIX. Tunc ergo  
apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. XX. Vna  
autem sabbati de Maria Magdalena & alijs. XXI.  
De manifestatione Iesu.

Nudius ante diem festum lauat ipse pedes, dans  
Exemplum, Iudas exit, amare iubet  
Ostendit patrem Iesum, tua uita Philippe  
Credite, diligite, turbida corda fugat  
Palmes purgatur, precepto dilige, seruos  
Exodus mundus cum domino retinet  
Quo uadam nullus querit tamen expedit ire  
Post modicum tristes gaudia multa replent  
Respiciens coelum pater inquit clarifica me  
Et mihi commissos sanctificare stude  
Secessit cum discipulis trans Cedron ad ortum  
Retro caditq; cohors, Malche Petrus gladiat  
Tradens plus peccat, dimittere uultq; Pilatus  
Clamat ut tollat, mater adest moritur  
Vt uideant Iesu tumulū currunt duo, flet Mag.  
Pax clausis datur, & neuma, fides didymo  
Ad mare Tiberij prenduit, prandet, manifestat  
Se Iesus, & ter amas Petre, quid ille manet

Figura Ioannis Tertia



Prima Matthei imago

Vna uigena octonis quoqz literis Matthaei stringit  
euangelium, hoc est octo uigintiqz capitibus.

Primum genealogiam Christi continet, qualiterqz  
angelus in somnis Ioseph apparuit. II. Magorum  
trium oblationē refert III. Baptisma Ioannis recen-  
set. IIII. Tentationem Christi a diabolo in deserto  
V. De predicatione Christi in monte alto beatitu-  
dines docentis. VI. Qualiter debeat dari eleemo-  
syna deqz uolucribus coeli quæ non seminant, nent,  
neqz laborant.

A patribus genitum texit te Christe Mathew  
Clam Ioseph fuderet angelus hunc retinet  
Bimos rex perimit, dant reges munera, Ioseph  
Iussus in Aegyptum fertqz refert puerum  
Cœlorum regnum, baptismum, uiperiosqz  
Vox docet, atqz Iesum patre tonante lauat  
Demone tentatus Iesus ad tria per tria uincit  
Hinc docet & sanat, discipulosqz uocat  
Et montem gradiens totiens beat, ut saliat sal  
Præceptis iungit plurima consilia  
Formans orandi normam, ieunia subdit  
Vestis thesauri sit neqz cura tibi

Enumerat Matheus priscos per secula reges  
Esse hominem monstrans de genitrice deum



VII. Ne quis iudicet, & de porta angusta quę ducit  
ad uitam, decę trabe in oculo proprio. VIII. De  
puero Centurionis quem curauit Iesus, qualiterę  
tempestatē maris sedauit. In IX. V ocatur Matthe  
us & paralyticus restituitur sanitati. X. Discipulo  
rum conuocationē continet, ubi illis potestas ligan  
di soluendicę committitur. XI. Ioannes Baptista  
recommendatur, ubi de suo iugo adiecit tollendo.  
XII. Eiectionem dēmonis memorat, & quomodo  
discipuli spicas colligentes a Christo excusantur.

Grandia do petite, iudex ne sis, uia stricta est  
Arbor pseudo probat, sit petra firma domus  
Hinc leprosum, Centurię puerum quoę sanat  
Et socrum Petri stat mare, grecę perit  
Illic contractus graditur tulit atę Mathæum  
Principis & natam post fluidam reparat  
Iussit mira suis dans nomina discipulis, ut  
Mites sint humiles & patienter agant  
Laudatur Baptista dei regnum patitur uim  
Ve tibi Corosaim confiteorę pater  
Mulgentem spicas excusat dēmone pulso  
Belzebub asscribunt, signa longe dat eis

Secunda Matthei imago



b

XIII. Matthei caput parabolam continet de semine  
& seminante. XIII. De Ioannis decollatiōe & quīcꝝ  
panībus. XV. De nō lotis manibus, deqꝝ Chananea  
muliere cuius filiam Christus sanauit. XVI. De Ione  
p̄phetē signis & respōsione Petri. XVII. De transfi-  
guratione in monte Tabor. XVIII. De puerō quē  
statuit Iesuś in medio, & de condonatione debiti.

Nāue sedens docuit zizania semine iacto  
Orta, dei regnum fitcꝝ sagena maris  
Obscurō moritur gladio tunc uoxcꝝ, cibantur  
Millia quincꝝ, mare calcat, abitcꝝ Petrus  
Propter non lotas non inquinat esca manus, hunc  
Post Chananea rogat, mille quatercꝝ cibat  
Querunt signa malī, caueas pastam pharizei  
Dat claves Petro, tolle crucemcꝝ sequens  
Resplendet domini facies, lunaticus æger  
Curatur, stat erem pīscis ab ore uomit  
Scandala sint abs te maior minor est, quis errat  
Corripe, dimissa debita serue dabis

Tertia Matthei imago



b. f.

XIX. De matrimonij unione, de q̄ mādato legis pre-  
cipio. XX. De operarijs in uineam conductis, & de  
Zebedei filijs. XXI. De asino pueris clamantibus  
Osanna in excelsis. XXII. De coena magna quam  
fecit homo quidam, & de censu c̄esarī tribuendo.  
XXIII. De Moysi cathedra. XXIII. Varia continent  
signa solis stellarum lunęq̄.

Tractat coniugium, docet eunuchos pueros cit  
Petrus non diues linquere cuncta ualet  
Vno cultores gaudent titulo precij, mors  
Panditur, hinc natis mater ad alta petit  
Ascendens asinum gressu templum subit, atq̄  
Subuertit mensas, natus herus moritur  
Bina rex uice coniuias uocat, ejicitur qui  
Veste caret, cæsar que sua sunt capiat  
Consilium cathedrē Moysi ne facta sequamur  
Ve cumulatur eis qui lapidantq̄ necant  
De mundi fine dat plurima signa Mathæus  
Sint uigiles omnes, nam quasi fur ueniet

Quarta Matthei imago



b ij

**XXV.** Simile docet esse regnum cælorum uirginibus decem exiuntibus obuiam sponso cum lampadibus suis. **XXVI.** De itideorum consilio & de die festo dec̄r̄ coena in qua sacramentum conficitur. **XXVII.** Iesus Pilato traditur. **XXVIII.** De glorioſa Christi a mortuis resurrectione.

Aequat uirgineo generi tunc regna talenta  
Quinc̄ dat, hinc iudex premia digna dabit  
Fit conuentus, paſcha suis dat, traditur unctus  
Captat turba Iesum, quem Petre ter renegas  
Gutture ſe Iudas stringit, Iesus ante Pilatum  
Stat delusus, & hunc mors rapit & ſepelit  
Hunc querunt sancte ſub uespere forte Mariæ  
Angelus hiſ loquitur, hinc abiit dominus

Quinta Matthei imago



z5

z8



Prima Marcí imago

Vnamcōtinet uigenam Marci euangelium quattuor demptis capitibus. Primum. Christi baptisma celebrat cū tentatione illius in deserto. II. Qualiter discipuli eius spicas colligūt, ubi infirmo quoq; dicit Tolle grabbatū tuū. III. De dēmonij eiectione muti. IIII. De seminantis & seminīs parabola, & de bona mensura prestāda. V. De filia archisynagogi a Christo sanata. VI. Ioannis baptistē decollationē celebrat & qualiter nemo ppheta patrię suę acceptus est.

A Nazaret Iesus ad lauacrum uenit inde Marco  
Hinc Satan expulsus clamat ubiq; Iesum  
Bis duo contractum portant, cui tolle grabatum  
Dixit, ieunios sponsus habere nequit  
Curatur tensa manus arida, languida sanat  
Nil facit ex Satana, mater adestq; foris  
De terre fructu triplici, granoq; sinapis  
Narrat, nilq; latet, tollit & hoc quod habes  
Exit & hic turba legionis, sanguinis & stat  
Fluxus, & hinc surgit nata layre tua  
Filius hic fabri, bis sex, misit sine pera  
P̄cursor moritur, millia quinq; cibat

Intonat horribilis Leo per deserta ferarum  
Marcus, dum rectas monstrat inire vias



VII. De non lotis manibus deç filia Chananeæ mulierculę quam Christus sanauit. VIII. De panibus septem, & confitetur Christus a Petro. IX. De Christi transfiguratiōe ubi dēmonium ejicitur ieunio & orationibus. X. De unione matrimonij & diuite cū camelō. XI. De asina & quomodo pullo uectus intravit ciuitatem Hierosolymam obuio puerorū cōcentu. XII. De uinitoribus heredem occidentibus deç censu cæsari reddendo.

Gentilis natam sanat, docet inquinamenta  
Effata cui dicit, audit & hinc loquitur  
Hinc quoq; mille quater cibat, ornat lumine cecum  
Patre retro uade ne neget ergo sequens  
Inter fratres hic transformat se, rediensq;  
Curat spumantem, scandala cuncta uetat  
Iussit ut uxorem serues, pueros benedicit  
Centupla retribuet, Barthimeusq; uidet  
Legati soluunt asinum, fico maledicit  
Cedet mons fidei, credite sic petite  
Mortua non surgit, mandatum scriba requirit  
Est dominus Dauidis, approbat era duo

Secunda Marci imago



XIII. De pseudoprophetis, de martyrum passione  
commotione seculi, deq; Christi secundo aduentu.

XIV. Sacramentum in cena conficitur, ubi Petri negatio predicitur. XV. Iesus Pilato traditur, tenebre sunt super terram ubi Centurio Christum confitetur. XVI. De uaria Christi post resurrectionem apparitione. De eius ascensione & Spiritus sancti missione.

Non lapis ad lapidem remanebit, & hic uigilate  
Iudicij signa, bella famemq; notat  
Orat, & hic trahitur, capitur, fugiunt, sequiturq;  
Quem syndo uestit ducitur ad Caypham  
Præses mane Iesum tradit, cefum crucifigunt  
Illusus moritur, uelaq; scissa cadunt  
Quærunt mane Iesum mulieres, Magdala primum  
Hunc uidet, in mundum mittit ubiq; suos

Tertia Marci imago



Euangelium Luce unam cōtinebit uigenam quattuor additis characteribus hoc est uiginti quattuor capitibus.

Primum. De angelo qui Zacharię apparuit ubi Ioannis baptistae nativitas indicatur. II. Christi habet nativitatem & illius circumcisioem, presentationem quoq; in templum. III. Baptisma Iesu in Jordane memorat. IIII. Ieiunium Iesu & temptationem diaboli retinet. V. Rete Petri in mare missum & de grabbato iusfirmi continet. VI. Octo beatitudines Iesu predicante demonstrat.

Angelus in Luca docet Elizabetq; Marie  
Partum, gaudenter cantica dantur ibi  
Bethleem uirgo parit, descriptio sic, uigiles sunt  
Offertur scissus hinc duodenus adest  
Cesare Tyberio, Baptista docet reprehendit  
Post capitur, genus hic texitur omne Iesu  
Demon tentat eum, docet inde scholas, patriaq;  
Pulsus, per medium, febris,abitq; satan  
Et docet hinc turbam de naui, reteq; ruptum  
Per tectum missum sanat aditq; Leui  
Franguntur spicę, bis sex uocat, omnia sanat  
Descendens montem multa bēata docet

Victima si quondam hęc fuit & Iouis ille sacerdos  
Hanc igitur Luce pingimus effigiem



VII. Luce caput pœnitentiam Mariæ Magdalenaæ conscribit. VIII. Similitudinem seminantis & de tempestate quā Christus in mari sedauit. IX. Transfigurationem Christi ubi quinç panibus & duobus piscibus quinç millia uirorum faciat Petri quoq; reſponſionem Christo factam. X. De duobus sororibus Martha & Maria Magdalena, & incidit quidā inter latrones. XI. Docet nos orare, ubi ejicitur demonium. XII. De seruo fidelī, & ubi theſaurus tuus ibi & cor tuum.

Grato Centurio seruum, puerum uiduę dat  
 Vox petit an ueniat, flet mulierq; rigat  
 Hec reliquias iuncta seruit, qui feminat exit  
 Mater stat, cessant turbo, cruor, legio  
 Ite suis inquit, turbam cibat hic aliqui stant  
 Quos dicor, bona crux, splendet ab igne uetat  
 Iam signans alios binos & septuaginta  
 Et quis proximus est, est pia Martha frequens  
 Lex datur orandi, pete, pulsa, diripit arma  
 Ventre beat mulier, ue pharisee tibi  
 Multa uetantur, ut est fermentum, curaq; carnis  
 Diuicię lumbus, querite regna prius

Secunda Luce imago



XIII. De arbore sterili quam uoluit dominus prædere. XIII. Cum inuitatus fueris ad nuptias, & de Hydropico quē Christus sanitati restituit. XV. De filio prodigo cui pater substātie sue tradidit partem. XVI. De uillico iniquo dec̄z diuite & mendico. XVII. Scandalorū occasionem uitandā docet, dec̄z curatis decem leprosis. XVIII. De ascendentibus in templum duobus ubi Christus passionem discipulis prenunciat.

Non saluat nisi pœnitēas, fico ueniam dat  
 Erigit hinc curuam, sed uia stricta manet  
 Obstat & hydropisi, tunc coniuas docet, omnes  
 Excusant pariter omnia linque sequens  
 Perdens querit ouem, dragmā quoq; filius autem  
 Qui perijt redijt propiciante patre  
 Queris amicos uillice, seruit nemo duobus  
 Regnum uim patitur, Lazarus ante fores  
 Reijce scandala, corripe fratrem, parce, leprosos  
 Mundat & aduentus sic quasi fulgur erit  
 Sic orans semper, exaltat se phariseus  
 Diues tristis abit, respice cece diem.

Tertia Luce imago



c iiiij

XIX. Iesus fleuit super ciuitatem. XX. Deuineq  
culturibus heredē occidētibus ubi censuſ cesari red  
dendus docetur. XXI. Attendere monet nos Chri  
stus a falsis prophetis, signa solis & lunæ futura de  
monstrans. XXII. Institutionem sacramenti eu  
charistiq̄ retinet. XXIII. De iudicio Pilati contra  
Iesum. XXIII. Resurrectionis glorioſæ meminit,  
& Christi apparitionis.

Tunc dñm recipit Zacheus, & dat famulis minas  
Ascendens pullum flet projeſcitq̄ foras  
Virtutem querit, ibi tunc mactatur & heres  
De censu, nuptu patre Iesuq̄ docet  
Approbat era duo, templum ruet, & mala multa  
Signa dat aduentus, orat & hinc uigilans  
Bini pascha parant, minor est maior, tua Petre  
Statq̄ fides, orat, sudat, & hic capitur  
Clamant commouit galeam, missus Herodi est  
Se natosq̄, fleant latro fatetur, obit  
Discipuli dominum in Emaus noscunt, datur & pax  
Clausis, mirantur singula scandit ouans

Quarta Luce imago



Opusculū p̄sens quod tūdes lector ex nostra cūsū  
officina iam pene orientē penetrauerat. Cūq; in ma-  
nus uiri cuiusdam nō parui nominis nec abiecti in-  
cidisset, refricata (ut aiūt) memoria uoluit ille adiutū  
ornatūq; ire uigilias nostras appendice quodā cohe-  
rēte cōmissōq; cuius dictiōes in uersibus singule sen-  
sū includūt totidē euāgeliorū, & quidē per totū an-  
nū, numero eorundē capita mōstrante, cui si punctū  
p̄cedens cohēret Marcī, si sequens Luçē, desuper aut̄  
Ioannis euāgelium significat, Immunis numerus &  
absq; pūctis Matthēi euāgeliū demōstrat. Versus.  
Pr̄positus punctus Marcū dat, nilq; Mathēum  
Lucā postpositus, capit hunc sublimē Ioannes

.16. 20. 10. 17. 16. 17. 16. 15.  
Vnxit pax pastor modicū uado pete pneuma

14. 3. 16. 12. 15. 6.  
Mansio nicodēus diues iuga dragma misertus

De estate  
5. 5. 8. 7. 16. 19.  
Rete racha panes a salsis uillicus & flens

18. 19. 7. 10. 17. 6. 7. 18.  
Phariseus mutus hiericho lepra querite naym

14. 22. 9. 22.  
Ydrops mandatum paracletus ecce paraui

4. 18. 22. 9. 6.  
Regulus & seruus nunc redditē filia panis

z1 z1. 11. 1. 1. z.  
Castellum signa uincis uox anna remansit  
z. 8. 8. 14. 20. 8.  
De hyeme Ydria lepra ratis zizania uinea semen  
18. 4. 15. 11. 6. 8. 21.  
Crux tētās catuli regnū pisces Iadides laus

### PERORATIO

Habes ingenu lector quibus uījs atq; argumētis  
quae sunt textus euāgeliorū distincte queas apposi-  
teq; reminisci, ista tibi Thomas Badenſis cognomen  
to Anshelmi tradidit, uir magisterio pr̄editus inso-  
lente, studij uero quod reliquū erat exercitationis  
donare non potuit. Adipisceris aut̄ si rationes prece-  
ptionis diligentia imitaberis ususq; frequentioris.  
Vale. M.D.X



R 33 557

LATVIJAS NACIONALĀ BIBLIOTEKA



0307016422 8792

20824

**D**oc bono completo dei sancti scriptor  
dat stupri nephatis phibunt **an**

**O**mnis omnesque ita miseras  
luit alienas **P**otes vero uicolas  
**V**ixq; ad patrum puerum / quandoq; q;  
fins humiliat / et mors gemitum /  
in obo secessabat / In oratione sum  
labat / corq; mercenariat / milie  
q; sortia fugient / tamq; venemus  
humilis eam in quis sustinendo /  
efficax in lapido / alacer in extor  
tendo / severa in torripiendo / fort  
uox / sed in q; das tremula legi / Ut  
uicolanum / uirco non mit fruisse quod  
**I**n quodaz die / In quodaz nante  
picturarent / ut cu facinus orarent /  
uicola famile dei / Si uia fuit q; de te  
audiuimus / mit ea expiam / mox  
quodaz in eis solitudine / oppunit datus /  
Ecce assamus / quid vocast me / Et  
cepit in re mis et indentibus / alijs  
q; ad iunac natus ornamet / statu  
cessavit tempestus / Cu aut et  
emias uenisset / quez magi uidetur /  
sime id est agnouerit / tunc deo et  
sua fiducie probatum /